onem tenderet ſi omni ſtudio et diligencia procurauimus
Cum persone religioſe quarumcumque regulam per ſedem apoſtolicam
approbatam tacite vel expreſſe profeſſe ſecundum regulam huiuſmodi re-
ligionis ſue viuant et deo altiſſimo reddant vota ſua Con
ſiderantes eciam quod ob hanc cauſam eiſdem religioſis per
ſonis ut in obſeruancia regulari omnipotenti deo eo liberius
et quiecius ſeruire poſſint et debeant ab apoſtolica ſede plurima
priuilegia et indulta multa conceſſa pluresque parrochiales
eccleſie cum earum fructibus redditibus et prouentibus illis vnite
et incorporate exiſtunt Quarumquidem religioſarum per
ſonarum nonnulle tantis ingrate beneficiis ſalute ſua miſe
rabiliter negligentes dictarum religionum ſuarum regulas et ſta
tuta obſeruare non curant Quinymmo temerarie contradicunt
in graue animarum ſuarum periculum et ſcandalum religio
num Qua propter niſi ille mores prauos et diſſolutam vi
tam abiecerint ac ad cor redierint opera priorum patrum in
quorum locum ſucceſſerant deuote adimplendo priuilegia
ac indulta atque eccleſias predictas iuſte merentur amittere
Quorum ſi in pertinacia ſeu incorrigibiles perſeuerare preſump
ſerint nequaquam poterunt eſſe digni Hinc eſt quod nos auctoritate
apoſtolica qua in hac parte fungimur Omnibus et ſingulis per
ſonis religioſis monaſteriorum quorumcumque tam virorum quam
mulierum per Ciuitatem dioceſim et prouinciam Colonienſem vbilibet
conſtitutis exemptis et non exemptis ſub pena amiſſionis
et reuocacionis omnium et ſingulorum priuilegiorum Indultorum et
vnionum predictorum eis et eorum monaſteriis quacumque eciam
apoſtolica auctoritate conceſſorum et factorum diſtricte precipiendo man
damus quatenus infra vnum annum a die date preſencium computan
dum regularem vitam Iuxta regulas et ſtatuta ordinis quem
ut premittitur profeſſe ſunt effectualiter obſeruare incipi
ant et ſic inceptam fideliter continuare ſtudeant vt tene
tur Eadem quoque auctoritate ordinamus decernimus et declaramus
omnes et ſingulas perſonas religioſas predictas per Ciui
tatem dioceſim et prouinciam Colonienſem vbilibet conſtitutas que